

**INTROIT Psalms 32: 5, 6**

Misericórdia Dómini plena est terra, allelúja: verbo Dómini cæli firmáti sunt. Allelúja, allelúja. (Ps. 32: 1) Exsultáte, justí, in Dómino: rectos decet collaudátió. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípíio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Misericórdia Dómini plena est terra, allelúja: verbo Dómini cæli firmáti sunt. Allelúja, allelúja.

**COLLECT**

Deus, qui in Fílio tui humilitáte jacéntem mundum erexisti: fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; ut, quos perpétuæ mortis eripuísti cáribus, pérdiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*For Sts. Alexander et alia*

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui sanctorum tuorum Alexandri, Evéntii, Theodúli atque Juvenális natalítia cólimus; a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus, liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE 1 Peter 2: 21-25**

Caríssimi, Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exéplum, ut sequámini vestígia ejus. Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus: qui cum maledicerétur, non maledicébat, cum paterétur, non comminabátur: tradébat autem judicánti se injúste: qui peccáta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum: ut peccátis mórtui, justítiae vivámus: cujus livóre sanáti estis. Erátis enim sicut oves errántes, sed convérsi estis nunc ad pastórem et episcopum animárum vestrárum.

**GREATER ALLELUIA Luke 24: 35**

Allelúja, allelúja. Cognovérunt discípuli Dóminum Jesum in fractióne panis. Allelúja. (John 10: 14) Ego sum pastor bonus; et cognósco oves meas, et cognóscunt me meæ, allelúja.

**GOSPEL John 10: 11-16**

Illo témpore: Dixit Jesus pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro óvibus suis. Mercenárius autem et qui non est pastor, cujus non sunt oves própriæ, videt lupum veniéntem, et dimíttit oves, et fugit: et lupus rapit, et dispérgit oves: mercenárius autem fugit, quia mercenárius est, et non pértinet ad eum de óvibus. Ego sum pastor bonus: et cognósco meas, et cognóscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnósco Patrem: et animam meam pono pro óvibus meis. Et alias oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovíli: et illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudient, et fiet unum ovíle, et unus pastor.

**OFFERTORY Psalm 62: 2, 5**

Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo: et in nómine tuo levábo manus meas, allelúja.

**SECRET**

Benedicónem nobis, Dómine, cónferat salutárem sacra semper oblátio: ut, quod agit mystério, virtúte perficiat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*For Sts. Alexander et alia*

Super has hóstias, quæsumus, Dómine, benedíctio copiósa descéndat: quæ et sanctificatióem nobis cleménter operátur, et de Sanctorum nos solemnitate lætíficet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PREFACE OF EASTER SEASON**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni militía cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

**COMMUNION John 10: 14**

Ego sum pastor bonus, allelúja: et cognósco oves meas, et cognóscunt me meæ. allelúja, allelúja.

**POSTCOMMUNION**

Præsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ut vivificatiónis tuæ grátiam consequétes, in tuo semper múnere gloriémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*For Sts. Alexander et alia*

Refécti participatióne múneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedéntibus sanctis tuis Alexandro, Evéntio, Theodúlo et Juvenále, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The earth is full of the mercy of the Lord, alleluia: by the word of the Lord were the heavens made, alleluia, alleluia. (Ps.32: 1) Rejoice in the Lord, O ye righteous: praise is comely for the upright. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The earth is full of the mercy of the Lord, alleluia: by the word of the Lord were the heavens made, alleluia, alleluia.

O God, Who, by the humility of Thy Son didst lift up a fallen world, grant unending happiness to Thy faithful: that those whom Thou hast snatched from the perils of Thouless death, Thou mayest cause to rejoice in everlasting joys. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that we who commemorate the anniversary of the death of Thy saints, Alexander, Eventius, Theodulus and Juvenal, may by their intercession be freed from all the evils that threaten us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, Christ suffered for us, leaving you an example, that you should follow His steps who did no sin, neither was guile found in His mouth. Who when He was reviled, did not revile: when He suffered, He threatened not, but delivered Himself to him that judged Him unjustly: who His own self bore our sins in His body upon the tree: that we, being dead to sins, should live in justice; by whose stripes you were healed. For you were as sheep going stray: but you are now converted to the Shepherd and Bishop of your souls.

Alleluia, alleluia. The disciples knew the Lord Jesus in the breaking of bread. Alleluia. (John 10: 14) I am the good Shepherd: and I know My sheep, and mine know Me. Alleluia.

At that time Jesus said to the Pharisees: I am the good Shepherd. The good Shepherd giveth his life for his sheep. But the hireling, and he that is not the shepherd, whose own the sheep are not, seeth the wolf coming and leaveth the sheep and flieth: and the wolf catcheth and scattereth the sheep: and the hireling flieth, because he is a hireling, and he hath no care for the sheep. I am the good Shepherd: and I know Mine, and Mine know Me, as the Father knoweth Me, and I know the Father: and I lay down My life for My sheep. And other sheep I have that are not of this fold: them also I must bring, and they shall hear My voice, and there shall be one fold and one shepherd.

O God, my God, to Thee do I watch at break of day: and in Thy Name I will lift up my hands, alleluia.

May this holy offering, O Lord, always bring to us Thy healing blessing: that what it represents in a mystery, it may accomplish with power. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Receive, O Lord, the prayers of Thy May a bountiful blessing, O Lord, descend upon these offerings and, through Thy mercy, may it help to make us holy and to be joyful on the feast of the saints. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

I am the good Shepherd, alleluia: and I know My sheep, and mine know Me, alleluia, alleluia.

Grant unto us, we beseech Thee, almighty God, that having received the grace of a new life, we may ever glory in Thy gift. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

With our strength renewed from having shared in Thy sacred gifts, we beseech Thee, O Lord our God, that by the intercession of Thy saints Alexander, Eventius, Theodulus, and Juvenal, we may feel the effect of the worship we are offering. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.